



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. VI. al quo, cui, & ex auibus rebus, sit solvenda canonica portio
Parochialis funeralium, & quando solvi non debeat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

turam, Simonia juris humani positivus est, cum pluribus juribus hoc prohibeatur, ad cavendam scilicet omnem Simoniam speciem: excusat tamen sepius, si quæ pro his accipiantur, recepta consuetudo, ad quam observandam Laici v. g. obligantur, *juxta cap. ad Apostolicam 42. De Simonia.*

§. V.

Ad quid teneantur, qui alienum Parochianum sepeliunt; vel qui cadaver illius, qui alibi sepulturam elegit, in sua Ecclesia sepeliunt?

Teneantur hi tales, ad cadaver tale restituendum, & omnia ea, quæ ratione illius acceperunt, vel ut faciant amicabilem compositionem cum illis Ecclesiis, quarum jura læserunt taliter sepeliendo *cap. Ex parte 5. & cap. Cum liberum 6. h. 1.* Si tamen Ecclesia, quæ ad restituenda hæc talia agit, jus suum sive titulum (saltem apparenter justum) ad sepeliendum talem probaverit, quam obligationem probandi habet talis repetens Ecclesia, ob multa incommoda cavenda, quæ aliis timeri possent.

§. VI.

A quo, cum, & ex quibus rebus, sit solvenda canonica portio Parochialis funeralium, & quando solvi non debeat?

SI quis extra Parochiam suam sepelitur, sive deinde in sepulchro majorum suorum sepeliatur, sive quoddam alibi sepulturam sibi elegerit, de omnibus, quæ vel ex ultima mortui voluntate, vel

ex occasione delati funeris, Ecclesie, qua sepelitur, obveniunt, portio Canonica Parochialis solvi debet Ecclesie Parochiali, in qua defunctus sepelitus debuisse, quamvis extra talem Parochiam ille mortuus fuerit *c. a. h. 1. & Ecclesie illæ, ubi sepeliri voluit v. g. in exemptæ, aut ex privilegio jus habeat liberè sepeliendi eos, qui sepeliri apud ipsos elegerunt c. In nostra 12. h. 1.* ob reverentiam scilicet, & recognitionem erga Ecclesiam, in qua Sacramentum percipit; & divina audire talis defunctus, & ob curam, quam de eo Parochialis Ecclesia habuit. Est autem hæc portio Canonica Parochialis (sic dicta, quia Ecclesie Parochiali debetur) tertia vel quarta pars dictarum obventionum, ita ut ex talibus relictis Ecclesie illæ, in qua defunctus sepultus fuit, due quarta nonnunquam detrahantur, Episcopalis una, de qua in *sup. tit. dictum obsequium & Parochialis altera.* Hæc tamen in attendenda est loci consuetudo, *cap. c. Certificari 9. h. 1.* quæ in multis locis, vel omnino hanc portionem Parochialem abrogavit, aut legitimè eam præscripsit, vel usum jam habuit, ut de illis tantum hæc quarta solvatur quæ cum defuncti corpore defunctus, vel de oblationibus factis ipso sepelitur die, quamvis ab harum etiam solvenda multi casus excusent, & recepta loci consuetudo.

¶(*)¶